

de animi tranquillitate patiuntur, qua felicitatem potissimum definiunt. In-
 ediam multorum dierum, morbos, &
 ærumnas lenissime & constantissimè
 perferunt. Ipsos partus dolores, licet
 acerbissimos, ita dissimulant feminæ
 vel superant, ut ne ingemiscant quidem:
 ac si cui lacryma vel gemitus ex-
 cideret, æterna flagraret ignominia,
 neque virum, à quo duceretur, præ-
 terea inveniret. Nihil unquam amicus
 cum amico, uxor cum viro, cum uxore
 vir, queritur & expostulat. Liberos
 mira caritate complectuntur: sed
 modum non tenent; in eos enim
 neque animadvertunt ipsi, neque ab
 aliis animadverti sinunt. Hinc petu-
 lantia puerorum & ferocitas, quæ,
 postquàm se corroboravit ætate, in
 omne scelus erumpit. Quam autem